



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xviii. De furtis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

nō potest: viaticum quidem non negator, at eius sepulturæ nullus clericus interefsto, eiūsve elemosynam accipito. Qui contra prædicta quid faxit, officio beneficio careto.

Hodie verò etiam incendiarius ecclesiæ in 5. *In lite-*
morte pœnitens & absolutus in cœmeterio se-*ris.*
pelitor, at hæredes ad debitè pro eo satisfaciun-
dum monentor, compelluntor.

De Furtis. Tit. 18.

HOMINEM qui clepsenit, & venum de- 1. *Qui fu-*
derit, conuictus morte moritor. *ratur.*

Qui verò rem aliam, quanuis sacram, & in 5. *Ex lite-*
sacro loco subrepst, is post restitutionem, & *ris.*
pœnitentiam (modò infamia non laboret)
etiam ad sacros ordines, si idoneus siet, pro-
mouetor.

Sed & si quis fame, nuditatēve coactus ci- 3. *Si quis.*
bos, vestem, pecus, furatus erit: hebdo-
madas treis pœniteto. si restituerit: iciunare
ne cogitor.

Extra has causas qui furatus deprædatus erit, 1. *Fures.*
& in furando deprædando occisus, pro eo ne
orator. At si deprensus aut volneratus confes-
sionem faxit: ei communio ne negator.

Nedum autem fur, sed & qui furti con- 4. *Qui*
scius quārenti domino furtum non indicat, *cum fure.*
reus esto.

AA ii